UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Sancti Vincentii Collegivm Gorcomiense & alia in Hollandia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Visual Library

in vrbe *Vilshouen.* Auentinus de fundatione huius collegij ſic ferè ſcribit in Annalibus lib. ſeptimo: *Circa annum milleſimum trecenteſimum ſexageſimum ſextum Henricus Tuſchl cum filio Schvvitzhero duodecim myſtarum Collegium in Vilshouen inſtituit, & ſequenti anno XII. Kalendis Octobris deceßit.* Quod non omnino conuenit cum ſcriptura ad parietem chori ibidem affixa, quæ habet anno milleſimo trecenteſiſimo octogeſimo octauo obijſſe militem *Henricum,* dictum *Tuſchl* fundatorem collegij in Vilshouen, quod Schvvikherus filius cõſummauit. Sic ferè Hundius in Metropoli Salisburgenſi.

CAPVT CVIII.

SANCTI VINCENTII COLLEGIVM Gorcomienſe & alia in Hollandia.

COllegium iſtud tredecim Canonicorum fundauit *Otto* Dominus de Artkel anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octau, odie duodecima Iunij. Ex his Canonicis decimus tertius eſt Collegij Decanus.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM Hagenſe.

HAga-Comitis eſt pagus Hollandiæ amplißimus, Hollandiæ Comitum olim ſedes ac domicilium. In Palatio Hagenſi